

magnifico Domini Oddonini de Carreto marchionis Saone Capitaneo in partibus citra Tanagrum pro illustri Principe marchione Montisferati, & in hac parte Commissarii

vigore literarum ad supplicationem Communitatis Ponzoni emanatarum, quarum

tenor sequitur „ In supplicatione petebant, ut fran-

„ chisias, & immunitates, sive in jure libero boscan-

„ di, & pascendi in utroque territorio, sive in exem-

„ tione ab omni pedagio, atque exactione jam a cen-

„ tum annis ultra sancitas velit ratas fore in poste-

„ rum, jubeatque Castellano Ponzoni, ne impediatur,

„ quominus vendant falem usque ad mensuram quar-

„ tarii in foro Ponzoni, sicut consuetum erat. Literæ

„ vero Marchionis sunt datæ Tridini XXI. novembris

MCCCCXVIII. . . . pervenerunt . . . ad has con-

ventiones. Primo quod . . . omnes consuetudines

„ sint irritæ &

„ solum locum habeant nove conventiones

„ infra scripte. Item quod dictæ Communitates

& homines, & singulares persone ipsorum locorum

non teneantur ad solutionem alicujus pedagii &c.

& presens Capitulum precise, & specialiter appro-

batum est per Dominum Oddoninum Capitaneum,

& Franciscum Merlum de sancto Salvatore Castellanum Ponzoni Item quod Communitas

„ Aquis possit conducere

bestiamina super territorium Ponzoni ad

pascendum salvo quod elapso mense martii

„ videlicet a Kal. aprilis usque ad festum

sancti Martini non possint bestias tenere

in planicie, & terris domesticis, & laborativis sub

pena sol. LX. pro qualibet die a quolibet &c., sed

solum in nemoribus, & zerbis. Et e converso

persone de Ponzone &c. si tamen dicti de

Aquis haberent guerram ita quod non possent

eorum bestiamina tenere in Aquis sit eis lici-

„ tum conducere in territorium

Ponzoni & e converso illi de Ponzone ecc.

Item quod si ipsi de Aquis ducerent aliquas

„ eorum bestias ad forum, vel ferias Pon-

„ zoni, & non possent eas vendere eis lici-

„ tum sit ea pascere super Ponzone per

unum diem, vel duos ad plus. Et eodem modo

„ ipsi de Ponzone ecc. Item quod ipsis

Communitatibus licitum sit boscare

in boschis, & nemoribus communibus ipsorum lo-

corum, ubi eis melius videbitur.

Item quod dicta Communitas, & homines

Aquis possint convenire & deti-

neri facere eorum debitores in cu-

ria ipsa Ponzoni & eodem modo possint

„ persone Ponzoni &c. Item quod

Potestas, & Officiales civitatis Aquis ipsos de Pon-

„ zono favorabiliter tractare teneantur; &

pro recompensatione dictæ immunitatis concessæ . .

„ promiserunt dicti de Ponzone presen-

tare nuncio publico dictæ Civitatis singulo

anno in perpetuum in festo sancti Thome ante fe-

„ stum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi berre-

„ tam unam rubeam cum balsana arma illustrissimi

Domini nostri valoris solid. XX. monete cur-

„ rentis in Aquis. Que quidem nuncio, & singulis

promiserunt &c. Ego Ambrosius de Minellis de Ca-

rio publicus imperiali auctoritate Notarius &c.

MCCCCXXXVI.

84

MCCCCXXXVI. VI. decemb. rog. Pillotti carta locationis ad annos XXV. facta a procuratore infantis Henrici Magistri Generalis Ordinis S. Jacobi de Spatha D. Christophoro ex Marchionibus Incisæ Archipresbitero Ecclesiæ Ss. Victoris, & Coronæ Oppidi Incisæ de omni pecunia, quæ redit ad Ecclesiæ S. Jacobi de Bergamasco in eodem oppido existentem medio censu Ducat. VI. singulis annis persolvendo. Extat exemplar penes D. Torellium. In quodam Catalogo beneficiorum initio hujus sæculi composito Ecclesiæ S. Jacobi de Bergamasco præfert titulum Abbatiaæ cum redditu annuo lib. 1200.

Recensio æstimationis possessionum Ecclesiarum Civitatis Alexandriae facta anno 1355. Dedit P. M. Cavallerius.

MCCCCXXXVII.

85

Nos Antonius de Squarzacis Archipresbiter Ecclesiæ sancte Marie de Bergolio Vicarius, & Locumtenens Reverendissimi in Christo Patris, & D. D. Galvagni de Firuffinis Abbatis monasterii S. Petri de Bergolio, in spiritualibus, & temporalibus Cathedralis Ecclesiæ civitatis Alexandriae generalis administratoris. Universis, & singulis presentes inspecturis notum facimus pariter, & manifestum, quod quoddam registrum, seu extimatum datum possessionibus Ecclesiarum civitatis Alexandriae, & correctum anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione VIII. de mense januarii per infra scriptos, videlicet Dominum fratrem Simonem de Putheo preceptorem domus S. Joannis Hierosolimitani de Ripa, & de Alexandria, Dominum Cattaneum de Alice de Gualschis Cantorem majoris Ecclesiæ Alexandriae, Dominum Prepositum domus S. Joannis Humiliatorum de Capuccio de Alexandria, Dominum F. Petrum de Murazano Priorem Ecclesiæ S. Jacobi de Gamundio de Alexandria (1).

Scriptum in quadam carta caprina, & in quo quælibet Ecclesiæ dictæ Civitatis, & jurisdictionis alibrata fuit, & est, secundum facultates earum, & specialiter Ecclesiæ, sive Domus Thevorie de Quarngento libr. quatuor, & solidorum quinque, super quo registro, sive extimo a dicto tempore dicti anni MCCCCLV. citra continue usque in presentem diem, & totum dictum tempus omnes talee, & collecte impositæ fuerunt, & sunt, per dictum Clerum dictæ civitatis Alexandriae super dicto registro, sive extimo, secundum quod alibratum fuit, & est, in dicto registro, sive extimo per dictos Correctores, & dictis temporibus per dicta tempora omnes, & singuli de dicto Clero, ac tenentes, & possidentes dicta bona, sive de dictis bonis, dictas taleas, & collectas solverunt, & solvunt Collectoribus, & Exactoribus dictarum talearum, & collectarum, & dicto registro, sive extimo, quod omnes, & singuli de dicto Clero, ac tenentes dicta bona, sive de dictis bonis, habitum, tentum, tractatum, & reputatum fuit, & hodie habetur, tenetur, tractatur, & repu-